innocens. saluabitur aũt in mũditia manuũ suaꝝ. Ille e ſt vere innocens qui nulli hoi nocet nec verbo vl' facto. Tercii sunt deũ timentes. vñ ḋ in ps̃. 144. Voluntatẽ timentiũ se faciet ⁊ depreca tionez eoꝝ exaudiet ⁊ saluos faciet eos. Ille vero timet deũ qui mandata eius custodit. Quarti sunt sapienter gradientes. Vñ ḋ Prouͦ. 28. Qui sapienter gradit̃ saluabit̃. Ille sapienter graditur qui quotidie cauet sibi de p̃cipitio iehennali. Quinti sũt luxuriaz fugientes. vnde ḋ in Prouͦ. 9. De muliere stulta ⁊ clamorosa. ple naqꝫ illecebris p quã luxuria figurat̃ ⁊ sequit̃ ibi. Qui applicabit̃ illi descendet ad inferos. qui aũt abscesserit ab ea salu abit̃. Sexti sunt boni paupes. vnde ḋ in ps̃. 71. Saluos faciet filios paupeꝝ dr̃ etiaz in ps̃. 71. Animas paupeꝝ saluas faciet. Ille est bonus pauper q̇ castus ⁊ fidelis ⁊ paciens est in pauptate sua. Septimi sũt spũ humiles. vñ ḋ in ps̃. 17. Qm̃ tu ꝑlm humilẽ saluũ facies ⁊ oculos superboꝝ humiliabis. ḋ etiã in ps̃. 33. Humiles spiritu saluabunt̃. dicit etiaz Job. 22. Qui inclinauerit oculos suos ipse saluabit̃ ¶ Octaui sunt rectũ cor hñtes. vñ ḋ in ps̃. 7. Qui saluos facit rectos corde. Nota ꝙ cor nr̃m debet esse rectũ p lineã ascendentẽ ⁊ descendentez ⁊ p lineam transuersalẽ. Tunc est cor nr̃m rectũ p lineam ascendentẽ cũ in deum extendit̃ per intimaz dilectionem. Tunc est rectũ per lineam descendentẽ cũ extendit se hõ ad filioꝝ suoꝝ correctionem. Tunc aũt cor nr̃m rectũ est p lineaz transuersalem cũ extendimus ⁊ expandimus nos ad ele- mosinarum erogationẽ Ad dexterã quippe ⁊ ad sinistrã paupes habemus quibꝫ subuenire debemus. Noni sũt mãsuetudinẽ am- plectentes. vnde ḋ in ps̃. 75. Cum exurgeret in iuditio deus. vt saluos faceret oẽs mansuetos terre. Decimi sunt in deo sperãtes vñ ḋ in ps̃. 16. Mirifica misericordias tuas qui saluos facis spe- rãtes in te dñe. Vndecimi sũt simpliciter ambulantes. vñ ḋ puer. 28. Qui ambulat simpliciter saluus erit. Ille ambulat simpliciter qui sine cordis duplicitate deũ amat ⁊ p̄ximuz. Duodecimi sunt in bono pseuerãtes. Vñ dic̃ dñs Mat. 24. Qui pseuerauerit vsqꝫ in finem saluus erit. Rogate g̊ dñm vt sic in bono ope psistam9 vt ad celestis saluationis beatitudinez ptingamus. Qḋ nobis ꝛc.

¶ Nota ꝙ predictus sermo generalis est ⁊ potes eum predicare vbicunqꝫ occurrerit tibi ihesus. Jhesus em̃ saluator interpretatur. In aliis etiã locis sepe locum habet.

## Dñica quinta post epiphaniam Sermo. xx

¶ Simile est regnũ celoꝝ homini qui seminauit bonũ semen in agro suo Mat. 13. Aug9 inquit ad maximũ epm. Poterat deus


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG